~~che niuna persona posti vendere~~

che niuna persona che non sy dell'arte, non posti vender roba meno di lire venticinque come al cap. 35 carta 12

Tabula Capitulorum Artis aromatariorum Civitatis Ianue.

De modo eligendi Consules et Consiliarios et alios officiales dicte artis. (

1. Quod nullus accipiat famulum ad minus tempus annorum sex et in isto capitulo continetur de solutione (al[ias] annis 8 -

3. Quod nullus specciarius accipere possit socium vel conductum qui non sit de Ianua vel tribus potestatijs. (

4. Quod aliquis dicte artis accipere non possit famulum alicuius alterius dicte artis recedentem ante tempus et locum absque licentia illius cum quo stabat. (

5. Quod nullus specciarius faciat apothecam et societatem cum aliquo medico in dicta arte. (

6. Quod nullus audeat portare per civitatem causa vendendi aliqua que pertineant ad artem specciarie (

7. Quod omnes dicte artis adesse debeant ad funera defunctorum (

8. Quod nullus vendat in volta et in apotheca triacham vel alias medicinas nisi primo iuraverit sub consulibus (

9. Quod Consules possint imponere expensas cum consilio et discretione consiliariorum (

10. Quod Consules possint exigere banna et penas in Capitulis contentas (

11. Quod Consules teneantur iurare in presentia collegij observare fideliter Capitula (

12. Quod aliquis extraneus non possit tenere voltam seu appothecam, que pertineat ad artem specciarie

13. Quod qui commiserit fraudem in dicta arte possit condenari ut supra (

14. De fraudibus circa exercitium dicte artis non committendis — . (

15. Quod qui acciperit famulũ denuntiet Consulibus infra dies quindecim. (
16. Quod nullus de dicta arte audeat accipere vel conducere appothecã de qua expulsus fuisset aliquis dicte artis. (
17. Quod nullus audeat incantare vel incantari facere appothecam alterius. (
18. Quod nullus licentiatus à magistro suo audeat facere appothecã, vel accipere (ad domibus) duum prope appotecam magistri sui. (
19. Quod Consules possint investigare et condemnare inobedientes (
20. Quod resagariũ vel arsenicũ vendi vel tradi nõ possit nisi [illegible] Dnm, et magistrũ appothece (
21. Quod nullus accipiat famulũ qui sit etatis annorũ viginti vel abinde. (
22. Quod nullus speciarius faciat signũ alterius dicte artis. (
23. De nõ ponendo Triachã in aliqua vitale signato alterius speciarij. (
24. Ut res quibus triaca conficitur, teneantur super tinellas. (
25. Quod nullus speciarius doceat artem suam aliquem filiarum. (
26. De festo S.te Eleche, et S. Desiderio, et Sancti Romuli celebrando (

27. Quod Consules teneantur rixantes concordare (
28. De non emendo aliquas speciarias ab aliquo garbellatore, vel alia suspecta persona (
29. De associando Ill.mi Dominũ gubernem (
30. De Congregatione fienda singulis mensibus ad audiendum missam. (
31. De festivitatibus celebrandis (
32. De nõ emendis speciarijs vel aromatibus a talibus vatis navigantibus. (
33. De bailia, et potestate Consulum. (
34. De nõ vendendis speciarijs nisi garbellatis. (
35. Quod aliqua persona que nõ sit de dicta arte nõ possit vendere ad minutũ aliqua spectantia dicte arti à libris viginti quinque infra (
36. Quod aliqua persona de dicta arte nõ possit vendere species rubeas nisi [illegible] (
34 a C.te 72 nõ si puo fare elettione de Consoli che nõ c'è interuenga il notto ne tanpocho Condana
52. Nemo possit nisi solam apothecã conducere car.e 52
5 nemine lite appellare nisi [illegible] solari condemnationibus
69 @ quod nemo ex arte formaggiarorum possit vendere aliquã quantitatẽ saponi cũ eis sit prohibitum ex decreto Ill.mi Pr. Communitas 69 @
70 Lite contro li formaggiari che non possi vendere sapone

VOBIS · ILLUSTRI et ex.mo domino Augustino pro Adurno ducali Januensium gubernatori ac locumtenenti et Mag.co consilio dominorum Antianorum communis Janue / Humiliter et devote supplicatur pro parte dominorum [illegible] fidelissimorum servitorum [illegible] de Longiardino et Bernardi de Clavaria consulum artis speciariorum ac aliorum hominum dicte artis exponentium et dicentium quod cum [illegible] iure artis ipsi impetraverint non nulla capitula pertinentia tam ad eius artem quod etiam ad commoditatem et utilitatem corporum humanorum ipsaque admiserint ad eaque ipsi [illegible] et ne unusquisque ad libitum faciat in preiudicium ipsorum corporum [illegible] Requirunt D. V. quatenus dignemini concedere ipsis capitula et ordines infrascriptos sub quibus possint exercicium suum taliter gubernare quod cedat utilitati et commodo totius rei publice et ipsis corporibus [illegible] quorum quidem capitulorum tenor sequitur ut [illegible] /

De modo elligendi consules et consiliarios ac alios offitiales dicte Artis.

Adveniente tempore elligendorum consulum dicte artis qui elligi debent in festo beatorum Simonis et Jude seu ante per aliquos dies congregentur [illegible] consulum dicte artis [illegible] hominibus dicte artis qui simul cum consulibus et consiliariis [illegible] elligant ad ballotulas albas et nigras duos quos idoneos iudicaverint ad dictum consulatum in qua electione [illegible] tercium plus balotularum affirmantium convenient et [illegible] electis congregentur universaliter homines dicte artis [illegible] proponantur huiusmodi electi et [illegible] per duas tercias plus [illegible] fuerit approbata firma et valida sit. Si vero in tales due tertie [illegible]

BIBLIOTECA CIVICA

convenerint et habeantur consules in quos dicte due partes convenerint
et novum balia durent per annum unum et in incipiat in huiusmodi
festo beatorum Simonis et Iude. Nec possint qui sic electi
fuerint consules vel consiliarii modo aliquo renunciare quominus compellantur
eo iurare prout in presenti capitulo continetur. Nec renunciare volentium
admittatur aliqua excusatio. Inde ipsi novi consules cum eorum
predecessoribus et eorum consiliariis elligant quatuor consiliarios in quibus
computentur consules veteres. Elligantque tres provisores ex
(de balia consulum et provisorum ?) sapientioribus dicte artis et in potestatem et baliam amplam habeant
executiendi, inquirendi et investigandi tam in domibus et apothecis
quorumcumque aromatariorum seu speciariorum quam alibi ubicumque
quecumque pertinentia dicte arti [illegible] invenerint facta in fraude
et preiudicium dicte artis vel contra formam capitulorum ipsius, ea
auferre et portare teneantur dictis consulibus qui una cum dictis
consiliariis possint quoscumque contrafacientes condemnare et
punire iuxta formam capitulorum dicte artis et res in fraude repertas
comburere. Elligantque insuper unum massarium seu depositarium penes
quem reponantur pecunie redditus et bona dicte artis qui in
fine anni rationem reddat sue administrationis consulibus et
consiliariis et reliquatum solvat suo successori infra dies duos +
a die finiti offitii sui annumerandos sub pena ei imponenda arbitrio
dictorum consulum et consiliariorum. Elligant item duos
massarios pro serviciis et negociis dicte artis et alios offitiales prout
eis melius videbitur convenire. In ipso autem anni principio iurent
ipsi consules et consiliarii ad sancta dei evangelia tactis
corporaliter scripturis quod in regimine dicte artis bene et fideliter
se habebunt et toto eorum posse observabunt statuta et per
alios facient observari ac illos qui contrafecerint condemnabunt.
Iurentque predicti alii offitiales quod in eorum offitio bene et legaliter
se habebunt. In ullo casu declarato in qualibus pertinentis capituli (?)

quod qui semel fuerit consul non possit ad illud offitium consulatus elligi
inde ad annos tres inclusive. Et similiter qui fuerit consiliarius
non possit ad offitium predictum consiliariorum elligi intra annos
tres inclusive.

Quod nullus accipiat famulum ad minus tempus annorum sex

In isto capitulo [illegible] de solutione

Statuimus et ordinamus quod aliquis speciarius non possit accipere
aliquem famulum sive discipulum pro minori tempore annorum
sex si talis famulus compleverit etatem annorum quatuordecim.
Si vero fuerit minoris etatis annorum quatuordecim capi non
possit pro minori tempore [illegible] sit tamen quod tempore dicte
accordationis non possit esse minoris etatis annorum decem, et de
dicta accordatione appareat instrumento publico fiendo in quo sit et quod dictus famulus
sit et esse debeat civis ianuensis. Possit tamen capi a tribus potestatis
cum licentia et voluntate consulum et consiliariorum dicte
artis ad ballotolas albas et nigras in quo tres quarte partes
affirmantes conveniant, et non aliter, et quicumque famuli
postquam servierint dicte arti tempus predictum non possit
dicte arte recte aut per indirectum apothecam tenere nisi prius
solverit consulibus dicte artis libras quinque ianue convertendas
per ipsos consules in expensis necessariis predicte artis seu in maritandis
pauperum puellarum artis predicte. Si quis autem contra predicta
vel aliquid predictorum contrafecerit cadat et cadere intelligatur
in penam librarum vigintiquinque ianue applicandam dicte arti
et exigendam per dictos consules. Hoc declarato quod si constiterit
dictis consulibus et consiliariis dictum talem famulum furtum
seu aliquid illicitum commisisse contra magistrum suum eo casu
intelligatur talem famulum amisisse tempus quod servivisset
dicto tali magistro et nedum quidem tempus non possit ei acceptari

p consules dicte artis / hoc vero medicos declarato quod non possit
qui non possit exerceri — probatus — de cetero aliquis de dicta arte servire alicui medico seu ad eius
apothecam aliquo medicum recipere aut sedere facere nisi p(rimo)
talis speciarius fuerit approbatus pro idoneo ad tale exercitium
p dominum rectorem medicorum ac dictos consules consiliarios
et inde dicta approbatio fuerit confirmata p dominos sindicatores

Item quod quilibet speciarius dicte artis servientes medicis teneatur et obligatus sit
rectores medicinales et quoscumque peritiam medicine conficere in sua
apotheca vel domo aquas suas axungiam herbas suas colligere
[illegible] pro usu sue apothece [illegible] confectionem seu
compositionem [illegible] [illegible]
omnia et singula ostendere [illegible] qui in [illegible] constitu-
tuntur pro dicta omnia diligenter [illegible] et considerare quo
si p eos comprobata fuerint possit dictus speciarius ea
perficere si autem non fuerint approbata nullatenus
perfici possint p dictos speciarios sub pena arbitraria
arbitrio dictorum consulum et consiliariorum nec possit aliquis
speciarius aquas predictas emere exceptis aquis rosacea et aqua vita
sub pena predicta./

3 Quod nullus speciarius accipere possit socium vel
conductorem qui non sit de fama vel tribus potatys
Item volentes quod dicta ars conservetur in ea qua solita est honestate
et quod non fiat seu exerceatur per dictas personas inexpertas et
omne scandalum quod exinde contingere posset prout consuetum est
statutum et ordinatum est quod aliqua persona dicte artis aliquo modo non
possit aut debeat accipere seu tenere sub nomine socii vel
conductoris aut aliquo alio nomine seu colore quod dici vel excogitari
possit nisi dictus conductor vel socius sit de fama vel tribus
potatys seu factus legitime ipse vel pater suus eius fama sub pena

florenorum [illegible] pro quolibet contrafaciente et qualibet vice
Item quod nullus dicte artis possit nomine suo accomodare alicui qui non
sit de dicta arte vel permittere quod aliquis qui non sit dicte artis
teneatur claves apothece seu volte speciarie sub pena predicta
Et etiam non possit dicta ars [illegible] exerceri per aliquam personam
que non sint de fama vel tribus potatys et que non didicerint
dictam artem in fama cum aliquo dicte artis per spatium annorum
sex vel octo ut in precedenti capitulo continetur
Etiam non possit aliqua persona dicte artis accipere vel tenere aliquem
in socium vel conductorem vel sub aliquo alio titulo qui non sit
de fama vel tribus potatys et qui non steterit et didicerit dictam
artem in fama cum aliquo dicte artis ut supra sub pena predicta
florenorum quatuor pro quolibet contrafaciente et qualibet vice

Quod aliquis dicte artis accipere non possit famulum
4 alicuius alterius dicte artis recedentem ante tempus
seu servitium absque licentia illius cum quo stabat
Item quod aliquis speciarius seu magister de dicta arte non possit aut
debeat accipere famulum vel socium alicuius alterius magistri
dicte artis nec ipsum accipere tenere vel recipere in domo sua
nisi dictus famulus vel socius prius steterit vel servierit
suo primo magistro toto illo tempore quo cum illo stare debebat et
sine licentia et consensu illius primi magistri nisi fuerit iusta
causa arbitrio consulum et consiliariorum dicte artis sub pena
librarum viginti quinque [illegible]

Quod nullus speciarius faciat apothecam vel
societatem cum aliquo medico in dicta arte.
Item ut homines dicte artis non habeant materiam seu occasionem
peccandi et ut non vendant nec aliis quibus res medicinales

fuerint oportunt cariores quam liceat emere. Statutum et
ordinatum est quod aliquis eorum non teneat nec faciat apothecam
aut societatem vel participationem cum aliquo medico recto aut
per indirectum vel sub ex quovis exquisito colore per se vel per
interpositam personam nec similiter aliquid dare donare seu
promittere clam aut palam alicui medico ad hoc ut sedeat
in sua apotheca nec similiter ei pecunias modo aliquo mutuare
neque domos aut possessiones ad gaudendum dare nec aliquid
exenium quovis tempore nisi dumtaxat in festo nativitatis domini
quod excedat pretium et valorem librarum duarum Janue et semel
tantum in anno. Sub pena florenorum quinquaginta totiens quotiens
fuerit contrafactum auferenda a quolibet contrafaciente et
ultra sub pena et interdictu dicte artis. Nec possit etiam aliquis
speciarius sub eadem pena aliquem medicum tenere qui ei
attineat usque in quartum gradum consanguinitatis vel
affinitatis inclusive. Et teneantur consules dicte artis compellere
omnes dicte artis ad iurandum de observando predicto cum effectu
omnia et singula contenta in presenti capitulo sub eadem pena ab
eis irremissibiliter auferenda et applicanda ut supra portus
moduli. Teneanturque etiam dicti consules sub eadem pena
ter in anno videlicet semel singulis iiii^or mensibus cuiuslibet anni
facere secretam inquisitionem inter homines dicte artis
si aliquis eorum contrafacerit in aliquod predictorum adeo ut
omnes speciarii et precipue illi in quibus ipsi consules presumerent
ad simplicem requisitionem dictorum consulum debeant ostendere
libros suos et subire omne iuramentum quod eis prestare in predictis
voluerit sub simili pena. Possint etiam dicti consules
et consiliarii una cum domino rectore medicorum vel ipsi consules et
consiliarii soli si dictus rector requisitus facere neglexerit
compellere quoscumque medicos ad iurandum de veritate dicenda

de eo de quo scire voluerint in supradictis. Ceterum teneantur et
obligati sint notarii de collegio Janue ad requisitionem dictorum
consulum eis denunciare si instrumenta fecerint de re ipsa et de pactis
et societate forte factis et compositis per homines dicte artis cum medicis
sub predicta pena.

6 Quod nullus audeat portare per civitatem causa vendendi
aliqua que pertineant ad artem speciarie

Item cum aliqui ignorantes artem medicine seu speciarie portent
per civitatem Janue et burgos pro vendendo triacham falsam
et alias confectiones de quibus si quis assumeret posset graviter
infirmari et forsitan inde mori. Statutum est quod nulla
persona civis vel extranea possit seu presumat portare vel portari
facere triacham species compositas vel alias confectiones
per civitatem Janue aut suburbia sine permissione et licentia consulum
dicte artis. Sub pena librarum vigintiquinque Janue pro quolibet
et qualibet vice. Et ultra tales res ei auferantur et liceat eas inventori
si false fuerint comburi debeant. Salvo si talis persona esset caleotus
vel marinarius que venisset per mare de pelago in Janua et dictas
res asportasset.

Quod omnes dicte artis accedere debeant ad
funera defunctorum.

Item quando contingeret aliquem dicte artis aut uxorem patrem vel
matrem seu filium aut filiam ipsius etatis annorum sexdecim
vel ab inde supra decedi omnes magistri dicte artis accedere debeant
cum consulibus ad domum defuncti et ipsum associare usque ad
sepulturam et a sepulchro regredi cum dictis consulibus ad domum
unde extractum fuerit corpus et tota illa die tenere debeant
apothecas clausas sicut in diebus dominicis. Sub pena et banno soldorum

quinque pro quolibet et qualibet vice /

Quod nullus vendat in volta vel in apotheca sciruppos vel
alias medicinas nisi prius iuraverit sub consulatu /

8 Item quod aliqua persona non audeat vel presumat vendere seu vendi facere
in volta seu apotheca vel alio loco aliquas confectiones sciruppos
vel medicinas que ad dictam artem pertineant nisi prius sub
consulatu iuraverint presentia statuta et ordinamenta firmiter
observare et de quo iuramento appareat per scripturam scriptam manu
[illegible] dicte artis sub pena soldorum viginti Ianue pro quolibet
et qualibet [illegible] salvo si tales res apportasset vel apportari fecisset
a pelago /

Quod consules possint imponere expensas cum consilio
et deliberatione suorum consiliariorum vel
[illegible]

9 Item quod consules possint imponere expensas cum consilio suorum consiliariorum
vel maioris partis eorum [illegible] pro quotiens opportuerit paratiis et
[illegible] dicte artis a soldo uno usque in viginti quinque Ianue
pro quolibet speciario et ipsos exigere a quolibet dicte artis et
expendere [illegible] quando videbitur ipsis consulibus et
consiliariis Ianue vel [illegible] dicte artis /

Quod consules possint exigere banna et penas
in capitulis contentas

10 Item quod consules dicte artis possint et debeant exigere et requirere banna
condemnationes et penas in capitulis dicte artis contenta et ordinata
de quibus tamen fiat secundum voluntatem consulum et consiliariorum
predictorum vel maioris partis ipsorum et quilibet magistratus
civitatis Ianue teneatur et debeat qualescumque condemnationes

factas per consules et consiliarios dicte artis vel maiorem partem ipsorum
quomodocumque et qualitercumque contra homines dicte artis
et quemlibet eorum iuxta formam capitulorum dicte artis exigere
cum effectu [illegible] [illegible] dictis consulibus et [illegible]
condemnationes exigendas dare et prestare omne auxilium consilium
et favorem ad voluntatem et simplicem requisitionem dictorum consulum
vel alterius eorum sub pena sindicamenti ex [illegible] [illegible] /
Nec possit aliquis de predictis condemnationibus appellare nec reclamare
nisi prius solutis dictis condemnationibus dictis consulibus quibus
solutis possit appellare seu reclamare secundum quod ordinatum
est per capitula civitatis Ianue

11 Quod consules teneantur iurare capitula collegii
observare fideliter capitula

Item quod consules dicte artis in presentia collegii speciariorum iurare
teneantur et debeant omnia supra et infrascripta fideliter
observare et ab omnibus aliis toto eorum posse facere observari

12 Quod aliquis extraneus non possit tenere voltam seu
apothecam pro exercendo ad artem speciarie

Item quod aliqua persona extranea que non sit oriunda in Ianua vel
districtu non possit accipere vel tenere apothecam domum vel
voltam pro dicta arte exercenda nec in ipsis vel ipsarum aliqua
dictam artem exercere in civitate Ianue vel suburbiis sub
pena librarum viginti Ianue pro quolibet et qualibet die qua sibi
denuntiatum fuerit quod ipsam apothecam domum vel voltam
vel alium locum non teneant ad instantiam et requisitionem consulum
dicte artis salvo quod quibus extraneis qui de consensu consulum

et consiliariorum dicte artis esse consueuit de collegio dicte artis
et consulatus speciarie ciuitatis Janue facundo anarias et expensas
vna cum alijs de dicto collegio in honore et seruitio dicte artis
in Janua et suburbijs de dicta arte ipsam apothecam vel plures
apothecas tenere possit. Non obstantibus supradictis dum tamen
in ipsa apotheca fratrem famulum seu socium ex ea non
teneat. Et predicta locum non habeant in aliquibus qui forti
sint ciues Janue et qui exercuerint artem predictam

13 Quod qui commiserit fraudem in dicta arte
possit condenari etc.

Item quod quicumque dicte artis qui commiserit fraudem vel falsitatem in pertinentibus dicte arti possit et debeat condenari per consules dicte artis cum consilio et voluntate consiliariorum suorum, vel maioris partis eorum a soldis quinque vsque in libris viginti quinque Janue arbitrio dictorum consulum et consiliariorum, et qualibet vice et in maiori pena si maior esset imponenda ex forma capitulorum dicte artis ad quas condenationes exigendas quilibet magistratus teneatur dictis consulibus suum prestare brachium et fauorem totiens quotiens per ipsos consules fuerit requisitum. Ita tamen quod si quis repertus fuerit tribus vicibus fraudem commisisse possit priuari dicta arte arbitrio dictorum consulum et consiliariorum

14 De fraudibus circa exercitium dicte artis nogmittendis

Cupientes quantum possibile est obuiare et remedium apponere ne homines dicte artis ex nimia indulgentia possint committere fraudes in componendis rebus in misterio dicte artis attinentibus ad hoc vt cesset materia fraudis et qui male egerint puniantur pena condigna statuimus decreuimus et ordinamus quod si

aliquis dicte artis de cetero presumpserit fraudem aliquam committere in tercha exercitium dicte artis conficiendo seu confici faciendo clam vel palam triacham mitridantum hierapigram trifera aut alias res ex pluribus rebus compositas preter et contra formam capitulorum et ordinamentorum dicte artis hic receptas et ordinationes doctorum huiusmodi rerum teneantur consules et consiliarij dicte artis qui pro tempore fuerint talem sic contrafacientem condemnare et punire a ducatis duobus vsque in ducatis decem arbitrio dictorum consulum et consiliariorum considerata qualitate et quantitate rei et alijs debite considerandis. Vltra talis sic contrafaciens non possit audeat vel presumat vllo vnquam tempore facere seu fieri facere nec vendere seu vendi facere in grossum vel ad minutum in apotheca vel extra clam vel palam ex huiusmodi re vel rebus composita seu compositis in quibus repertus fuerit fraudem commisisse etiam si idonee et bene composite essent seu apparerent sub pena a florenis decem vsque in centum arbitrio dictorum consulum et consiliariorum auferenda a tali facienti ex similibus rebus in quibus repertus fuit fraudem commisisse pro quolibet et qualibet vice qua repertus fuit ex eis fecisse seu fieri fecisse aut vendidisse seu vendi fecisse vt supra. Et si dicti consules et consiliarij fuerint negligentes in puniendo et condemnando predictos contrafacientes vt supra condemnentur et condenari debeant per dominos sindicatores communis Janue secundum quod eis videbitur et placuerit. Et cuius condemnationis prefatorum dominorum sindicatorum dimidia applicetur accusatori qui teneatur secretus et reliqua dimidia operi portus et molis

15 Quod qui acceperit famulum denunciet consulibus
infra dies quindecim

Item quod quilibet dicte artis qui famulum acceperit teneatur et

debeat denuntiare consulibus dicte artis ipsum famulum et eius nomen
et cognomen annotari facere per scribam dicte artis infra dies quindecim
a die qua ipsum acceperit numerandos sub pena librarum duarum
[illegible] pro quolibet magistro non denuntiante et qualibet vice
et [illegible] magistri et [illegible] habentes famulos illos denuntiare teneantur
consulibus dicte artis [illegible] tempus ab eis statuendum sub eadem
pena.

Quod nullus de dicta arte audeat accipere vel
conducere apothecam de qua expulsus fuisset
aliquis dicte artis

16 Item pro bono et utilitate hominum artis predicte et ut cesset omnis dissensio inter
eos statutum et ordinatum est quod si aliquo casu vel ingenio aliquis
de dicta arte speciarie fuerit deiectus vel expulsus de aliqua
apotheca quam conduxerit pro habitanda vel in aliqua
moraretur vel habitaret quod nulli de dicta arte liceat
nec alicui alii vendere aliquam rem que spectat seu pertineat
ad artem speciarie ad minutum vel ingrossum in dicta apotheca
sine expressa voluntate licentia et consensu predicti licentiati
deiecti vel expulsi nec ipsam apothecam conducere vel habitare
vel in ipsa morari usque ad annos duos a tempore ipsius licentiati
deiectionis vel expulsionis computandos sub pena librarum
[illegible] [illegible] salvo si defectu suo seu culpa seu dictus
talis fuisset expulsus vel deiectus et consules dicte artis
habeant baliam et iurisdictionem exigendi dictam penam
a quolibet et de quo in predictis extiterit contrafactum in aliquo
seu non observatum et cognoscendi summarie et de plano sine
strepitu et figura iudicii de supradictis et d. potestas qui nunc est
et pro tempore fuerit ad requisitionem dictorum consulum
teneatur prebere [illegible] ad exactionem dicte pene a quolibet de quo

ipsi d. potestati per consules fuerit denuntiatum salvo non obstantibus
supradictis quod ante magistratus possit et dicta apotheca vendi ad
instantiam creditorum.

17 Quod nullus audeat incantare vel incantari
facere apothecam alterius

Item ut evitentur materie rixe et contentiones que oriri possent
inter homines dicte artis statutum et ordinatum est quod aliquis
de dicta arte non possit vel debeat per se vel [illegible] personam seu
aliquo modo incantare vel salter aliquam apothecam in qua moraretur
vel teneret et hoc sub pena et banno librarum decem ianue pro
quolibet et qualibet vice

18 Quod nullus licentiatus a magistro suo audeat facere
apothecam vel accipere a dominis [illegible] propre
apothecam magistri sui

Item quod aliquis famulus dicte artis quantumque licentiatus sit a magistro
suo non audeat vel presumat nec possit accipere facere vel
tenere apothecam de dicta arte prope apothecam magistri sui a domibus
decem inclusive usque ad annos quinque ex inde proxime venturos
sub pena librarum centum ianue pro quolibet et qualibet vice salvo
et reservato si fuerit de voluntate dicti sui magistri

19 Quod consules possint ius reddere
contra [illegible] inobedientes

Item quod consules dicte artis possint facere tenere ius et rationem
reddere inter homines dicte artis tantum usque in libris
viginti quinque ianue inclusive summarie et de plano [illegible]

eorum conscientiis inclusum sunt possint etiam dicti
consules quoscumque dicte artis compellere ad iurandum de
veritate dicenda de supra pertinentibus dicte arti ac eos et
quemlibet eorum condenare usque in dictam summam totiens
quotiens eorum mandatis in omnibus dicte arti pertinentibus licitis
et honestis non paruerint et ab eis pignus auferre ad voluntatem
dictorum consulum sine contradictione aliquam usque in dictam
summa

20 Quod rosegarum et alsemium vendi vel tradi non
possit nisi per dictum magistrum apotheca

Item non possit vendi donari tradi vel concedi vel aliquo modo
consentiri seu transferri per aliquem speciarium alicui persone
aliqua quantitas rosegarii alkimici vel suriman nisi solum
per magistrum apothece vel qui illum teneat locum magistri ad
quem de hoc habeatur recursus. Et hoc sub pena a soldis viginti
usque in libris centum Janue arbitrio consulum et consiliariorum
dicte artis nec similiter possit per dictum magistrum sive alium
eius locum tenentem vel alium quemvis vendi donari tradi
consentiri vel transferri alicui Sclavo vel Sclave etiam
factis franchis vel liberis vel famulis seu cum aliis quomodo
manentibus vel pueris minoribus annorum viginti sed solum
possit vendi et transferri vel per magistros dominis seu
dominabus bone et note fame sub pena a libris duabus usque in
centum arbitrio magistratus Et intelligatur tenens locum
magistri filius vel alius qui excesserit etatem annorum viginti
et erit sufficiens in dicta arte. salvo quod non habeat locum
in ferno vel municipio

21. Quod nullus accipiat famulum qui sit etatis
annorum viginti vel abinde supra

Item quia speciarii et homines dicte artis aliquando accipiunt
pro famulis et in famulis tam modice etatis quod postquam compleverint
dictum tempus sex annorum volunt recedere a suis magistris
sunt tam modice etatis quod per se non possint dictam artem
sive apothecam facere causa paupertatis sive etiam modici temporis
quod habent et conveniunt aliquos qui habent pecunias seu posse
faciendi et tenendi apothecam, et qui nesciunt dictam apothecam
facere et inveniunt tales famulos a suis magistris expeditos
et liberatos qui sciunt dictam artem facere. Et sic dicti
nescientes dictam artem facere tamen habentes pecuniam et
posse volunt panem et lucrum de manibus civium Janue et
magistrorum dicte artis fraudulenter accipere faciendo
seu famulos dictorum famulorum a suis magistris liberatorum
et sic quod facere non possunt per directum faciunt per indirectum
et ex hoc sequitur dampnum dedecus et periculum civibus et
artificibus artis predicte et ipsi arti Regulamus Statuimus
et capitulamus videlicet quod nullus dicte artis possit seu valeat
vel presumat aliquem famulum accipere qui sit etatis annorum
viginti et abinde supra sub pena librarum vigintiquinque Janue
a quolibet contrafaciente auferenda qualibet vice qua dictus
talis famulus etatis annorum viginti vel abinde supra fuerit
repertus cum dicto tali contrafaciente vel ad eius apothecam
Que pena applicetur pro dimidia operi portus et moduli et quarta
pars applicetur dicte arti et alia quarta accusatori Et si accusator
non fuerit applicetur dicte arti

22 Quod nullus speciarius faciat signum alterius dicte artis.

Item quia inter homines et magistros dicte artis non debet esse personarum exceptio sive prerogativa sed qui melior est et melius artem predictam facit debeat melior reputari quicumque sit ille et quo nomine appelletur ad hoc ut unusquisque semper habeat causam benefaciendi et de bono in melius semper perseverandi. Regulamus statuimus et capitulamus [?] quod nullus dicte artis quicumque sit ille et quocumque nomine appelletur debeat audeat vel presumat facere ponere vel imprimere seu poni fieri vel imprimi seu permittere in vasis seu bussolis triache seu alterius rei signum alterius speciarii seu artificis artis predicte immo quilibet habens vel habere volens signum quod faciat vel ponat vel imprimat vel fieri aut poni vel imprimi velit super seu in vasis vel bussolis triache seu alterius rei illud signum habeat poni et faciat vel imprimat seu poni fieri vel imprimi faciat et permittat divisum separatum et differentiatum ab omni alio signo aliorum speciariorum et hominum dicte artis et specialiter a signo Simonis de Alterii [?] sub pena librarum decem ianue auferenda a quolibet contrafaciente et qualibet vice et applicanda operi portus et moduli pro tribus partibus et accusatori pro reliqua quarta parte et si non fuerit accusator applicetur dicta quarta pars dicte arti. Et habeat locum dictum capitulum postquam inter homines dicte artis speciariorum fuerit notorium et publicatum.

23 De non ponendo triacham in aliquo vase signato signo alterius speciarii

Item non possit aliquis dicte artis nec debeat ponere vel poni facere triacham aliquam in aliquo vase seu in aliqua bussola in quo seu

qua sit signum alicuius alterius speciarii vel hominis dicte artis. Et si forsan aliqua persona emere volens triacham haberet vel portaret bussolam vel vas aliquod alicui speciario in quo seu qua esset signum alterius quod signum liceat dicto speciario ut teneatur primo levare et vastare [?] dictum tale signum de dicto vase seu bussola et ponere signum proprium cuius fuerit triacha sub pena librarum decem ianue pro quolibet contrafaciente et qualibet vice applicanda ut supra.

24 Ut res quibus triacha conficitur teneantur super fenestris

Statuimus et ordinamus quod omnes et singuli speciarii qui triacham faciunt aut facient de cetero teneantur et debeant super fenestris ipsarum apothecarum publice tenere octo diebus continuis res illas de quibus triacha conficitur sub pena librarum viginti quinque ianue pro quolibet contrafaciente et qualibet vice. Sane tamen intellecto quod finitis dictis octo diebus teneantur consules dicte artis una cum consiliariis et provisoribus ipsius artis accedere ad apothecam talis speciarii et videre diligenter omnes res predictas et videre [?] intrare [?] talis speciario et laboratoribus suis quod bene et diligenter conficient dictam triacham ponendo et consumando in eam illas res quas videlicet [?] commisisset et quas dicti consules consiliarii et provisores approbaverint pro bonis et idoneis et non aliter et hoc sub pena librarum viginti quinque usque in quinquaginta arbitrio dictorum consulum. Nec possit talis speciarius aliquod convivium seu prandium aut cenam facere dictis consulibus consiliariis et provisoribus vel alicui eorum nec munerare [?] aliquid dare sub pena predicta et unusquisque speciarius teneatur et obligatus sit pro qualibet recepta triache dare tradere et consignare dictis consulibus libras triginta in pondere dicte triache applicandas dicte arti.

Item quod neque mitridatum neque triacha vendi possit ultra modum rubinum nisi prius facta noticia consulibus dicte artis sub pena florenorum duorum usque in viginti quinque arbitrio ipsorum consulum et de sub pena amissionis ipsius triache et mitridati.

Item quod mitridatum fiat et componatur eo modo quo componitur triacha et vendatur per deputatos prout dictum est de triacha.

25 Quod nullus speciarius doceat artem suam alicui scolari

Item quod aliqua persona dicte artis non possit aut debeat de cetero instruere vel docere aliquem servum seu sclavum suum vel alienum dictam artem sub pena librarum quinquaginta Janue.

26 De festo sancte Tecle et sancti Desiderii ac sancti Romuli celebrando

Item teneantur omnes et singuli dicte artis celebrare festum in diebus apostolorum in festo et die sancte Tecle et similiter in die beati Desiderii Janue et similiter festum sancti Romuli Janue quod est die xiii octobris sub pena soldorum decem Janue.

27 Quod consules teneantur rixantes concordare

Item quod consules dicte artis teneantur rixantes de dicta arte infra dies tres concordare toto eorum posse sub pena soldorum viginti pro quolibet consule si fuerit negligens in aliquo de predictis et quilibet ex rixantibus ipsis consulibus et mandatis eorum licitis et honestis debeant obedire sub pena soldorum quadraginta pro quolibet inobediente.

28 De non emendo aliquas specierias ab aliquo garbellatore vel alia suspecta persona

Item quod aliquis speciarius seu aliqua persona que sit sub consulatu artis speciariorum civitatis Janue non audeat in aliquo vel presumat clam vel palam per se vel interpositam personam suo nomine vel aliorum emere vel alio quovis titulo acquirere aliquas res vel specierias spectantes dicte arti speciariorum ab aliquo garbellatore civitatis Janue vel ab aliqua alia persona pro ipso garbellatore aut aliquo alio de eius familia vel alia persona vili aut suspecta ipsorum ab aliquo servo seu sclavo aut famulo alicuius civis sub pena a soldis decem usque in libris decem Janue arbitrio consulum dicte artis pro quolibet contrafaciente et qualibet vice et etiam teneatur sub vinculo et pena quilibet speciarius ad quem aliquis voluerit vendere ut supra illud denunciare consulibus dicte artis.

29 De associando Illustrem D. Gubernatorem

Item quod quotienscumque mandato Illustris D. Gubernatoris crida mittetur quod quicumque cives nobiles et populares civitatis Janue debeant ire ad sociandum prefatum D. Gubernatorem ad aliquam ecclesiam causa deferendi aliquod pallium vel eundi alicubi consules dicte artis teneantur convocari facere homines dicte artis et eum eis ire ad faciendum societatem prefato domino Gubernatori et ipso etiam teneantur singulo anno homines dicte artis ire ad luminaria beatorum Simonis et Iude cum consulibus suis et eius candelis ad associandum pallium deferendum ad ecclesiam beate Tecle. Si quis vero hominum dicte artis in aliquo de predictis contrafacere vel non interesse fuerit ut supra condemnetur a soldis quinque usque in decem Janue pro quolibet et qualibet vice arbitrio dictorum consulum.

30 De congregatione hominum singulis mensibus ad audiendum missam

Statuimus et ordinamus quod homines dicte artis ad mandatum consulum eorum teneantur et debeant singulis mensibus celebrare una die festiva et que communiter celebretur in civitate Janue cuiuslibet mensis se congregare in ecclesia deputanda per dictos consules et ibidem simul et semel congregati audire missam sub pena soldorum quinque pro singulo contrafaciente

31 De festivitatibus celebrandis

Item statuimus firmiter ordinamus quod nullus speciarius seu arromatarius possit audeat vel presumat per se vel alium tenere apothecas apertas sive vendere seu vendi facere aliquas speciarias sive aliquid aliud spectans dicte arti in festo nativitatis domini ac festivitatibus beate virginis marie beati Joannis baptiste duodecim apostolorum beati Laurentii martiris protectoris ecclesie Januensis ac aliis festivitatibus celebrandis ex precepto sancte romane ecclesie exceptis in rebus medicinalibus opportunis pro necessitate et sanitate corporum humanorum tam per medicum seu medicos quam per quamcumque aliam personam commissis seu requisitis et necessariis non obstantibus supradictis possint homines dicte artis portellum apothecarum tantum aperire et vendere res opportunas pro infirmis et pro aliis necessitatibus prout supradictum est sine metu alicuius pene et in rebus vero opportunis vendendis dictum portellum omnino claudere teneantur et hoc sub pena ducatorum unius auri a quolibet contrafaciente totiens quotiens contrafactum esse reperiatur irremissibiliter auferenda applicanda pro tertia pro accusatore qui teneatur secretus et pro reliquis duabus tertiis partibus dicte artis

32 De non emendis speciariis in galeis vel navibus aut aliis vasis navigabilibus [illegible]

Item pro vitandis fraudibus que in rebus dicte artis committi possent et pro sedandis iurgiis statutum et ordinatum est quod nullus dicte artis decetero audeat vel presumat per se vel interpositam personam emere aut per indirectum in aliquibus navibus galeis navigiis aut aliis vasis navigabilibus tam Janue quam extra necnon aliquas speciarias vel alias res pertinentes dicte arti nisi primus fuerint in terra exonerate sub pena amissionis dictarum rerum et mercium vel florenorum decem usque in centum arbitrio dictorum consulum

Item statuimus et ordinamus quod unusquisque de dicta arte qui emerit in Janua vel districtu aliquas speciarias vel merces spectantes dicte arti et que solent vendi per speciarios excedentes summam librarum viginti quinque teneatur dictam emptionem et omnia empta denunciare consulibus dicte artis qui pro tempore fuerint infra horas viginti quatuor et eam intrare manifestare verum pretium et sub quibus modis et formis et temporibus realiter fecerit dictam emptionem nec possit talis emptor amovere dictas speciarias ac merces emptas de loco in quo essent reposite ante dictam denunciationem executam post nisi prius habita licentia a consulibus amovendi et accipiendi dictas speciarias ac merces emptas et in eam ante dictam habeant dicti consules potestatem et baliam dividendi dimidia dictarum speciariarum ac mercium inter homines dicte artis pro illo pretio ac sub iisdem formis pactis et conditionibus et temporibus sub quibus empte fuerint per dictum emptorem qui teneatur relaxare dimidiam ante dictam dictis consulibus et seu hominibus dicte artis sub forma antedicta sub pena ducatorum decem usque in centum arbitrio consulum et consiliariorum salvo si per aliquem de dicta

x arte aliquas merces ac speciarie fuerint aportate vel illas apportari fecerint ipsorum emptorum rixico et periculo de quacumque parte modi ex districtum Janue

Item ordinamus quod ad requisitionem consulum qui pro tempore erunt quisque de dicta arte teneatur se congregare totiens quotiens fuerit citatus et vocatus et in loco ad quem fuerit vocatus vel via ex dictos ordinarios pro congregandis hominibus dicte artis sub pena soldorum quinque usque decem totiens quotiens fuerit contrafactum /

33 De balia et potestate consulum et artis reformat.

Item statuimus et ordinamus quod dicti consules et consiliarii semper et quandocumque viderint ac cognoverint aliquid esse corrigendum in dicta arte in pertinentibus ad dictam artem possint et valeant corrigere ~~in omnium~~ in eorum arbitrio omnia que venerint corrigenda cum correctionem quisque de dicta arte parere teneatur sub pena librarum decem usque in viginti quinque totiens quotiens per quemcumque de dicta arte fuerit contrafactum

34 De non vendendis speciariis nisi garbellatis /

Item pro evitandis fraudibus que in dicta arte speciarias committi possint statutum et ordinatum est quod aliquis de dicta arte non possit de cetero per se vel interpositam personam vendere emere aut aliquo alio modo contractare aliquas speciarias vel alia pertinentia dicte arti nisi primo garbellata per garbellatores communis sub pena a florenis duobus usque in quinquaginta arbitrio dictorum consulum totiens quotiens fuerit contrafactum a quolibet contrafaciente auferenda /

35 Quod aliqua persona que non sit de dicte arte non possit vendere ad minutum aliqua spectantia dicte arti a libris viginti quinque infra

Item quod aliqua persona que non sit de dicta arte non possit nec debeat vendere ad minutum aliquas res spectantes dicte arti a libris viginti quinque infra de qua libra vel sub pena amittendi eas et ultra a libris quinque usque in decem arbitrio ipsorum consulum et consiliariorum totiens quotiens contrafecerit

36 Quod aliqua persona de dicta arte non possit vendere species rubeas nisi ut infra

Item statuimus et ordinamus quod aliquis de dicta arte non possit nec debeat vendere seu vendi facere aliquas species rubeas que sint infusate sive balneate, ymmo eas vendere debeat siccas sive sictas. Si quis autem inventus fuerit contrafaciens cadat in penam a soldis quinque usque in decem pro singulo carato arbitrio consulum et consiliariorum. Et quia pro tempore aliquis species ipse deficiunt da charistie pex vel ~~coto~~ per vestram diam in nihilo teneri: ab inde vero est habeat locum capitulum

MCCCCLXXXX die XVIII Martij

Illustris et excelsus dominus Augustinus Adurnus ducalis Januensium Gubernator: Et Magnificum consilium dominorum Antianorum communis Janue in pleno numero congregatum Quorum nomina sunt hec:

Hieronimus de Sancto Matheo prior	Raffael calvus
paulus lomelinus	Marcus bersius
Johannes Baptista Adurnus	Johannes Antonius Sauli
Baptista de Serravale notarius	Franciscus de Auria
Jofredus de mayrono	Johannes Baptista Salvaigus
Raffael de furnariis	Blaxinus de Sp[illegible]

Audita requisitione suprascripta facta nomine suprascriptorum consulum et [illegible]: Auditisque prestantibus viris Johanne Baptista Adurno et [illegible] calvo duobus ex ipsis dominis Antianis quibus commissa fuit res ipsa et examinatio predictorum capitulorum refferentibus se vidisse examinasse

correxisse et emendasse. et illa tamquam honesta approbari suadentibus.
Omni iure via modo et forma quibus melius potuerunt et possunt
+ Approbaverunt ratificaverunt et confirmaverunt omnia et singula
capitula suprascripta in omnibus prout iacent: Mandantes egregiis
vicedutibus cois Janue tam presentibus quam futuris quatenus capitula
ipsa observent et inviolabiliter observari faciant ab omnibus servari Sub pena Sindicatus

Extractum est ut supra de actis publicis cancellarie
cois Janue scriptis manu mea cancellarii infrascripti
ad instantiam egregiorum Jacobi de Ghirardino
et Bernardi de Damiana consulum dicte Artis.

Bartholomeus de Franzono cancellarius

Illu. & ex.se d. dnie ducalis in Janua Gubernator et M.ci domini Antia
ni inclite civitatis Janue. Quoniam Illu. d. et Mag.tie v. mihi
commiserunt ut illis referre habeam quid sentiam et iura suadeant
in et sup his de quibus coram ipso dno Mag.co Senatu qrimur et dubitat
inter Sp.tos dnos censores incliti civitatis Janue ex una & consules
artis aromatariorum ex altera. primo non quid predicti spectati
dni censores et eorum officium possint se intromittere et extendat
in his que spectant ad ipsam artem potissimum si tractabitur de pu
niendo aliquem ex dictis artificibus qui commisisset fraudem in
dicta arte vel aliquem etiam non artificem civem vel exterum qui
portasset vel portari fecisset aliquas res spectantes ad dictam
artem compositas aut falsificatas et generaliter An possint dicti
Sp.ti dni censores se intromittere de fraudibus circa exercitium
artis quomolibet perpetratis An vero talis cognitio et punitio spe
ctet ad consules eiusdem artis saltem ex forma et dispositione
statutorum ipsorum artificum et artis eorum ipsis et dicte arti concessis
alias ab Illu. d. v. et precessoribus vestrorum Mag.corum dnorum Antianorum
2o. non quid ex eo quod consules in presentiarum dicte artis qui dicuntur
combuxisse et igni concremasse certam mianam compositam et
fabricatam repertam in apotecha Joannis de Prato et Baptiste Andi
simi duorum ex artificibus dicte artis et penes eos potuerint
et possint puniri vel veniant puniendi per dictos spectatos dnos
censores et si aliqua per eos fuisset facta punitio vel condemnatio
contra dictos consules procedet de iure An non contineat noto
ria et evidentem iniusticia apud omnes probos et graves viros
et consequenter dicatur dolo dicta et sic veniat revocanda
et retractanda per Illu. dnationem et Mag.nas v. An non ipsa con
demnatio recte et secundum iusticiam dicatur facta & conclusive
dubitatur quenam sint et esse debeant pares Illu. dnationis &
Mag.tiarum v. in decernendo et ordinando in et sup premissis

inuocato diuino suffragio iuxta cl.a prima de magistris assu
mendo primam difficultatem dico et refero Illu. D. et Mag. v.
q. predicti sp. dni censores non potuerunt nec possunt se intromitter
de his que spectant ad dictam artem et de quibus premittitur et presuppo
nitur in dicta prima difficultate quia prouisio de premissis et
cognitio ac punitio est specialiter attributa predictis dnis consulibus
dicte artis aromatariorum vigore et ex dispositione capitulorum
eiusdem artis maxime statuti sup rubrica q. nullus audeat portar
p ciuitatem cum uendendi aliqua ac alterius statuti sup rubrica
q. consules possint exigere banna et penas in capitulis contentas
item et alterius statuti sup rubrica q. qui q. commiserit fraudem in dicta
arte possit condemnari ut i. et sup rubrica de fraudibus circa
exercitium dicte artis no comittendis. Sub rubrica q. consules possint
ius reddere et condemnare inobedientes. Sub rubrica de balia et
potestate consulum et sub rubrica de no uendendis speciarijs. Sub rubrica
q. aliqua persona que no sit de dicta arte et sub rubrica q. aliqua
persona que no sit de dicta arte etc. nam unius inclusio
ceterorum est exclusio et q. uni est specialiter concessum uidetur
quo ad illas species et specificata in concessione omnibus alijs dene
gatum lege cum pretor ubi casus. ff. de iudicijs facit quod
notat Bal. in l. certa rone c. qn prouoca. et est ratio denegati
et concessi, nam quod uni assignatur alteri denegatur. ff. de lega
p.o l. quod in rerum i. § siquis et ad hoc et confert quod uoluit
no. Angel. in consilio suo cc. vj ubi enim est prouisio specialis
ordinata et concessa debet cessare generalis per ea que habentur i. l.
doli clausulam. ff. de v. ob. Sed sic est q. de his que concernunt
exercitium dicte artis uel eius falsitatem aut bonitatem con
sules dicte artis habent specialem curam et cognitionem et
ipsis spectat iurisdictio facultas ac balia puniendi et conde
mnandi ac comburendi et comburi faciendi omnes res

ad dictam artem spectantes compositas uel falsificatas no
